



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digres. 60. De tactus dolore, & delectatione ad tex. eundem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

excessum, sed defectum quoque sentiri. Postremo, quæ profus in aliqua qualitate fuerint æqualia, vt molliudine; sitangendo se se persentiant non illius qualitatis, sed alterius cuiuspiam, quæ inæqualis fuerit, vt caloris aut frigoris, sensus fuerit: siue ea intensior sit, siue remissior. Si quidem remissio quoque sentitur, quatenus intensioris contrariæ, quæ tactus organo caret, rationem habet.

DIGRESSIO LX.

De Tactus dolore & delectatione.

Quoniam verò tactus omnis aut cum voluptate & delectatione fit, aut cum tristitia & dolore: hoc quoque considerandum Philosopho est, qui accuratam huius sensus cognitionem querit. Voluptatem & dolorem esse opposita, manifestum est. Quamquam voluptas latius patet, quam dolor. Illa in spiritalibus quoque reperitur, vt in intellectu, dum contemplatur rei, cuiuspiam cognitione assequitur, vt dicitur Hætruscus Poeta: *Alio se piacere, se imitari non preuo.* Hic in solo versatur corpore in voluntate & spiritalibus minis proprie nominatur. Quare voluptati vniuersè acceptæ displicentiã potius aut molestantiam: quã non in tactu modo, sed & in omni sensu & vbi cumque voluptas fuerit, agnosces. Cui enim conueniens obiectum delectationem parit, displicentiã ac molestantiam contrarium adfert. Dolore delictiam potius seu leticiam opponas. Hæc enim proprie solum in tactu: in cæteris sensibus propter adiunctum tactum. Gustatus ab acribus, acidis, acerbis, amaris saporibus læditur singuli vehementius alterent continuitatem que soluant. Contra dulcibus oblectatur. Oloratum vehementes & acuti odores eandem ob causam cum molestia & dolore subeunt; cum iucunditate suasues. Auditum offendunt vehementiores soni, aspera vox, maxima & celestima. Vehementi enim motu colliditur & quasi scinditur auditus organum: vt inter dum aliqui audiendi sensu penitus priuati fuerint organo scilicet vehementia soni diuisio. Idem in aspectu faciunt splendores maximi, nec sine oculorũ dolore ac iactura obiecta eiusmodi nimiam lucẽ intremur. Digregat enim & quodammodo diuidit. Contra lux moderata delectat. In colorũ aspectu id minus apparet, quod re ipsa non agant in oculum, neque cum eo iungantur. Recreant tamen colores medijs viridis & caruleus; lædunt extremi; albus, & niger: quod illi moderata cõsent lux; hi aut nimia aut vix vlla: quare digregat alter, alter cõgregat. Sic igitur habent sensus omnes, dum adiunctus est tactus obiecti re ipsa eorum afficientis organa. Alio, qui si facultas remotum cognoscat obiectum, displicentiã solum habent aut voluptatem, dolorem aut delictiam non habent.

Posuit autem natura dolorem & delictiam in tactu propter animalium conseruationem, vt noxia cum dolore & vtilia cum delictia sentiantur, ab illis resugerent; hæc libenter amplecterentur & verò prolequerentur. Itaque sensationes sunt & operationes perfectissimæ; non lætæ & imperfectæ; quemadmodum aliquid iudicantur. Etenim cum vtrumque ad animalis conseruationem pertineat; ita oportuit perfectum à natura tactum institui, vt non vtilia

A modo cum delictia, sed & noxia cum dolore æque perfecte sentiret; vt illa prosequi, hæc vitare posset. Quoquo tamen modo sensio læsa dici dolor potest: tum obiectiue, tum consequenter. Est enim lædenti obiecti sensio; sensusque vehementi dolore impeditus ac turbatus reliqua minus sentire potest. Contra delictia vtroque modo perfectissima est operatio. Nam quod Conciliator differ. 77. & Gentilis 2. prim. doct. 2. & Ioannes Fernelius in lib. de Symptomatis cap. 6. dolorem affirmant non ipsam noxi obiecti perceptionem, sed quidpiam inde consequens esse; Conciliator qualitatem quãdam, ceteri molestantiam animi ex tactione profectum; vt tristitiam, aut iram ex inimici aspectu: omnino probandum non esse. Quoniam & dolorem delictiamque ostensum est formaliter sensationes esse conuenientis aut non conuenientis rei: & omnino confirmat Auicenna dolorem loco notato definiens cõtrariã reisenfium esse. Et Galenus in 2. lib. de locis affectis cap. 2. dolor, inquit, tristis sensus est, sicut voluptas blandus est sensus. Atque vt lætari, ita & dolere operationes quãdam Formaliter sunt, non qualitates. Omnis enim sensilis qualitas, etsi oriatur ex alijs, perse nonnunquam est, licet à nullo sentiat: dolor non est nisi dum sentitur, neque sine sensu concipi mente potest. Sed & qualitas quæuis sensilis facultatẽ perficit, in aliquo saltẽ gradu; dolor semper lædit. Delictia igitur iucundam, dolor tristem & molestã sensationem significat; hæcque cessante, tum delictia cessat, tum dolor. Non quod dolore ipsam aut delictiam tanquam obiectum, sed quod obiectum quodpiam aut cum delictia, aut cum dolore sentiamus; atque hoc significamus, cum delictiam doloremve sentire nos dicimus. Non ita visionem aut auditionem sentire nos loquimur. Quod delictia & dolor ad modum obiecti, visio & auditio ceteræque sensationes tanquam actiones significantur. Cum enim dolor & delictia vehementiores apprehensiones fiat, quæ à tactu tanquam primo sensu ceteris quoque communicantur, proprium propterea nomen obtinuerunt.

Iam verò quenam sit doloris causa, magna fuit Aueroi præsertim cum Galeno disputatio. Galenus enim Auicennæ testimonio in 2. primi doct. 2. summa. 2. cap. 19. & Auerois in 3. Colliget cap. 51. doloris causam esse voluit continui solutionem. Auerois autem alterationem solum, neque continui diuisionem nisi propter alterationem adiunctã adferre dolorem. Sed omnino existimandum est, dolorem omnem ex vehementi obiecti tactilis impropotione proficisci, diuisioneque illius causas esse. Tum immoderatam & minus conuenientem alterationem, tum continuitatis diuisionem. Priorem visus est Aristoteles indicare in probl. 13. sect. 11. vbi dolorem scriptit refrigerationem pectoris esse. Quamquam non de eo dolore loquitur, qui est in tactu, sed de altero, qui animæ affectus est letitiæ oppositus. Posteriorem autem in problemate 26. sect. 5. post longam nimiamque ambulationem femora scribens magis dolere, quàm tibias, quod femorũ caro sit magis coniuncta, dolorque præcipue propter continui distractionem fiat. Verum ante illum Plato vtramque visus esse cõplecti in Philebo & Timæo. In altero enim loco Harmonia, inquit, soluta in animatibus vnã naturã solutionem generationemque dolorum eo in tempore fieri dico. Rursusque harmonia cõtemperata & in sui naturam

Sensio- nes esse.

Quod- loris causa.

Ita pro- pter...

protinus restituta voluptatem fieri dicendum est. In altero autem, Passio violenter præterque naturam abundè simulque nobis illata molestissima fit. Rursum quæ in naturam abundè simulque reuertitur, dulcis. Et vtroque antiquioris Hippocratis profert illud Galenus in lib. de sympt. causis cap. 6. & in lib. de inæquali temperie cap. 3. Iis quibus natura alteratur & corrumpitur, dolores fiunt. Quod etsi de dolore ex alteratione profecto is interpretetur, illis tamen ipsis in locis, & in 2. lib. de locis affectis, & in 12. de medendi Methodo, & alijs in locis vtramque doloris causam complexus est. Dolores, inquit in 2. artis paræ part. 88. ex Turisani partitione, iam continuitatis solutionem, aut alterationis subitas ostendunt. Soluitur continuitas incisione, & corrosione, & fractura, & tensione. Alteratur verò substantia calore, frigore, siccitate, & humiditate. Quæ verba non ita accipienda sunt, quemadmodum aliqui accipi voluerunt, vt altera causa ad alteram pertineat; volueritque Galenus solam continuitatis solutionem doloris causam essentialem esse: propterea quæ calorem aut frigus alterando adferre dolorem, quod continuitatem dissoluant; ille rarefaciendo, hoc partes quasdam densando atque ab alijs separando. Etenim hoc non semper est verum. Omninoque existimandum est, generalem doloris causam in proportionem esse & inconuenientiam obiecti; hancque in duas illas diuidi. Alteratio non quæuis dolorem facit; sed magna & subita, quæ intemperiem adferat. Continuitatis autem solutio non sola intelligitur qua partes re ipsa diuiduntur & separantur; sed alia quæuis, quæ præter naturam distrahant nimirum aut comprimantur. Tactus namque ad vtilia noxiæque sentiendâ comparatus est; atque, vt est in 1. lib. de partibus animalium cap. 1. in Homogenea parte reperitur. Hæc autem, tum compositione constat, tum temperatione: compositio partium est integrantium, temperatio principum & alterantium qualitatum. Itaque duplicem in Homogenea parte sentimus noxiam, compositionis dissolutionem, & temperationis alterationem intemperatiõemque. Solam enim alterationem interdum adferre dolorem, cõplura testantur. Nam & immoderatus calor, aut excedens frigus, etsi nulla sit continui diuisio, dolorem faciunt. Et fabricitantes intra ossa & neruos dolorem perferunt; nec vlla ibi solutio continui, sed sola febrilis alteratio: quippe modum excedens alteratrix qualitas eam vim habet. Sola item continuitatis dissolutio. Tum quia diuersis soluis partibus diuersus est dolor, etsi eadem sit dissoluens causa, vt idem culter. Tum quia dum vitreum Phlegma in intestinis includitur, cholericum dolorem gignit: neque vlla est alteratio, cum frigidus ille humor aptus sit potius obtusæ facere sensum: solaque videtur esse continui dissolutio, dum acumine diuidit ac penè terebrat intestina. In alijs etiam partibus sæpe sentitur dolor, nec vlla apparet alteratio; quemadmodum si digitum aut carnem comprimamus, si acui pingas, acutoque quouis & duro cultro scindas. Certe dum virgis caduntur pueri, si quæ sit alteratio, ea est calefactio: at quod magis calefcit caro, eo minus dolet: non igitur propter alterationem, sed propter continui dissolutionem dolebat. Durum enim scindens aut comprimens, dolorem facit, cum naturalem & conuenientem corporis statum turbat. Cum autem dolor & delicia opponantur, oppositarum quoque causarum effectus esse de-

*Alterationem
doloris
causa.*

*Continui
doloris
causa.*

bent. Doloris causa vniuersa est in proportione & inconuenientia obiecti tactilis: delicia igitur causa proportio erit & conuenientia eiusdem. Et vt in proportio & inconuenientia, aut est alteratio in temperata, aut continuitatis solutio: sic proportio & conuenientia, ex qua delicia oritur, vel potest esse in alteratione temperata & congruente animalis complexionis; quæ quando fit, magnam ei adfert delectationem & voluptatem: vel in vniuersa parte, qua maximè semper delectatur natura, propterea quod in ea conferuerit. Ita tamen, vniuersa alterari vel vni aut diuidi delicia agnoscat, non dolorem, non autem in alterato vel vni esse delicia. Quoniam cum hæc sunt, iam affluunt natura.

Denique cum dolorem & delitiam ostenduntur ex alteratione quoque primarum qualitatum hæc disputant Philosophi & medici, an omnes primarum qualitates dolorem faciant. Nam Aueniæ & Celsi ciliator solum calorem & frigus facere voluerunt, siccitatem autem & humorem non nisi ex accidenti. Siccitatem quidem, vt nimirum contrahat partes, & simul etiam soluit, à propinquis eas separando; vt videre est in terra sicca, quæ ob nimiam siccitatem æstate scinditur. Humorem verò, quia si corpus humidum sit valde acutum, comprimens vim habet & perforandi, vt patet in Phlegmate vitreo, quod colicos dolores extrahit. Galenus autem non vilis est sibi constare. Nam in lib. de sympt. causis calorem solum & frigus causas doloris ponit: quoniam siccitas & humor nisi calori, frigore vniuantur, vim occursum suo non inferunt. Ac in 2. artis paræ, quem Turisani sequitur, æque humidus & sicco, ac frigidus & calido dolorem tribuit. Venim Auerroes, tum indicato loco, tum in 4. Colicæ cap. 46. omnium optimè constituit, omnes quidem qualitates adferre dolorem, sed vehementer omnino fieri à calore & frigore, quæ celeritatem & vehementissimè agunt: minorem à siccitate & humiditate, quæ tarde operantur. Non modo autem calorem & frigus, sed siccitatem quoque & humorem adferre dolorem, hæc satis testantur. Primum, quod qualitates sunt per se tactiles, & proprium illius sensus obiectum: quare cum dolor fiat ex tensione tactilis obiecti excedentis & in proportionati, nimia quoque siccitas & humiditas per se dolorem faciunt. Deinde, quod hæc qualitates animalia possunt adferre mortem, ergo & dolorem. Tum verò, quod fames & sitis dolores quidam sunt: & fames oritur defectu humoris substantialis & sitis defectu humoris roridi: siccitas igitur dolorem facit, & idem humiditas quoque, siquidem contrariarum par est ratio.

Vtraque tamen qualitas minorem dolorem adfert, quam calor & frigus. Quoniam cum dolor fiat ex magno & subito motu, ab ijs qualitativis fieri magnus non potest, quæ parum & tardam habent actionem. Diciturque dolor ex motu, siue alterationis, siue solutionis continui fieri, quia cum sit passio quedam in tactu, passio quæ habet esse in motu. Finito quoque motu cessat dolor, quia in antecedenti motu est factus habitus, cui affluens natura non dolet amplius. Debet tamen esse vehemens motus, quoniam obiectum paruum vix est sensibile, atque in dolore vehementer oportet esse tensionem. Debet enim esse subitus, non quod momentaneo, sed quod breui tempore multus fiat. Si enim sensim progrediatur, dolorem non adferretur quia semper paruum est, doloremque magno motu & vehementer.

